

casu expicit facultas nominandi, aut eligendi, quoties prima electio fuit nulla, quia tunc iterum potest variare, & denuo eligere, latè Tirraquell. in l. bonæ, §. hoc semone in i. limitation. à num. 1. cum pluribus sequentibus, vsque ad fin. Molina de primogeniis, lib. 2. cap. 4. à num. 38. qui plura iura Canonica, & Ciuilia ponderant, quàm plures etiam Doctores congerit Christophor. de Paz de reueta, capitul. 34. à num. 51. & ex hac Tirraquell. & Molinæ doctrina, necnon ex Morla in empario iuris, titul. 2. de iurisdictione, quest. 17. num. 26. & ex l. 2. ff. de optione legata, & cap. si electio de electione in 6. dicit Marius Giurba in consil. 35. num. 25. quod actus nullus non consumit iudicis iurisdictionem, nec potestatem alterius, qui actum explicare debet.

Pariformiter responderetur tertio argumento, 47 vetam esse doctrinam, si iurisdictione secundi iudicis ex secunda commissione inualida ob defectum subscriptionis fuisset eidem quaesita, & illam posse exercere: at cum secus sit, & totus suus processus ex hoc defectu iurisdictionis nullus reddatur ipso iure, non præstat impedimentum, nec aliquem iuris effectum potest operari, iuxta que Nos latè de Regia procel. 3. p. cap. 9. à princip. & quæ hæcenus diximus à num. 27. & sequentibus. Et supponunt expressè decisiones in argumento relatæ: sicuti etiam dicimus de remissione causæ facta per Iudicem appellationis Iudici inferiori, quæ non prodesse, si inferior habitu, & potentia caret iurisdictione, vt diximus ex aliis in tractatu de Regia procel. 3. p. cap. 18. à num. 51. & seq.

Ad quartum respondetur multipliciter. Primo, quod iste impetrans secundam commissionem, eam potius impetrat ad prioris corroborationem, & ad tollendum dubium suum erroneum, quo casu omnes conueniunt, primo valere, & remanere in suo robore, secunda nihil operante, quia nulla fuit, quia ad idem impetrata. Et tantum abest, quod impetrans intendat priori renuntiare, vt potius eam confirmare intendat per secundam magis specificam, prout docent Innocent. in cap. penultim. num. 5. de prescriptionibus, & ibi Hostiens. n. 12. in init. Ioan. Andreas num. 16. Bald. num. 13. Bel-lameta num. 6. Thomas Sanchez de matrimonio, lib. 8. disp. 22. num. 15. & num. 16.

Requiritur tamen quod primæ ad eandem causam à se impetratæ commissionis faciat in secunda impetratione mentionem, vt per notata ab omnibus in cap. ceterum, de rescriptis, probat Menochius de arbitrariis lib. 2. centur. 3. casu 202. num. 64. & 62. reddens rationem, quia fortè Princeps ignarus iam concessisse aliud rescriptum, nouum non concederet, sed diceret, sufficiat tibi gratia prima iusta, cap. secundam de filiis presbiterorum, vide Thomam Sanchez vbi proximè à num. 6. cum multis sequentibus.

Secundo respondetur, quod cum secundam istud rescriptum sit nullum ex defectu formæ subscriptionis propriæ manus Sanctissimi; priori nequit derogare, nec illius inducere renuntiationem, Sanchez dicta disputat. 22. à num. 17. & in num. 18. ita ait: Sed magis placere valere ad iura priorum dispensationem; quia cum posterior non valeat, minime derogat priori, nec animi impetrantis censetur esse renuntiandi priori,

nisi quatenus posterior valida est, vt probatur in l. si iure 18. ff. de legatis 3. ibi: Sed vis id obtinere potest, fortassis idè quod ita demum à priori restamento recedere velit, si posterior validum sit, &c.

Quod generaliter verum est, & procedit in omni actu, & materia, vt per actum subsequentem, qui nullus est, namquam tollatur præcedens validus, vt per l. sancimus, Cod. de testamento. l. si quis ante, §. si quis conduxerit, ff. de acquirenda possessione. vbi notat Bartul. Iaffon. num. 13. Socinus num. 13. Alexander. num. 8. & in consil. 193. num. 3. volumin. Menoch. consil. 381. & num. 40. copiosè Petr. Surt. de cis. 51. Gratianus disceptation. 36. num. 55. Colla de scientia & ignor. centur. 2. distict. 89. num. 10. Giurba decis. 63. num. 1. Qui loquitur in conductore, qui rem emit, vel sibi fuit adindicata, vt si emptio, aut adindicatio est nulla, non admittit suam conductionem antecedentem, & per l. fin. & l. nonationem, ff. de nouatio. Alexand. in dict. consil. 193. num. 4. Bellonus consil. 87. num. 15. Gratus consil. 123. n. 17. volumin. 2. Purpurat. in l. pacta nouissima, n. 14. C. de pactis, Menoch. lib. 3. presump. 134. num. 45. Cavalcan. decisio. 18. num. 11. part. 4. Bardell. consil. 70. num. 18. dicentes, quod si secundus contractus, per quem contrahentes voluerunt nouare primum, & ab eo recedere, sit inualidus, non censetur à primo recedere; idem tenet Giurba dict. decis. 63. sub num. 1. Gaspar Rodriguez de annis reditibus, lib. 2. quest. 16. num. 58. 60. & 61. per quem solum idem tenet Castiljo controuersiar. lib. 4. capit. 59. num. 48.

Tertio respondetur, quod tunc iuri iam competentis parti impetranti censetur per impetrationem renuntiare: quando datur incompatibilitas, & contrarietas in vtroque, quando compatiuntur, vt hic, quia attendunt ad eundem finem, & maiorem corroboracionem sui iuris hæc duo rescripta, prout latissime videre est per D. Ioannem de Solorzano de iure Indiarum, lib. 5. cap. 1. à num. 53. cum multis sequentibus.

Abundans enim cautela non nocet, etiam si ipsa sit nulla, & aut nulliter & minus legitime, aut solemniter adhibita, latissime Augustinus Barbosa, varia reddens exempla, axiomate 3. per totam, vbi plura congerit, nec ordinata ad augmentum debent operari diminutionem.

Quoad tertiam partem nostri, §. breuiter resolucendum erit, & tenendum, quod si in supplicatione oblata Sanctissimo non sit petita commissio, nisi contra vnum, subscriptio apposita per Papam in ipsa supplicatione non potest comprehendere alios in ea non expressos. Tum quia Cursores in extensione litterarum nequeunt supplere, & extendere supplicationem, vt latè per Rotæ decisiones, & Doctores diximus hac 2. part. cap. 30. §. 1. à num. 3.

Tum etiam, quia subscriptio non qualificat, nec approbat quæ in supplicatione non leguntur, & vt copiosè deduximus in dict. §. 1. à num. 11. cum multis seqq. Tum etiam, quoniam cum ad subscribendam commissionem moueatur Pontifex ex iusta & urgente causa, iuxta Trid. in cap. 20. sess. 24. de reformat. Et comprehensio sub clausula generali (Omnesque alios) non sint noti Pontifici; sequitur, quod nec causa contra illos

illos fuit Papæ exhibita, nec, quæ fuit reddita contra nominatum, verificatur contra alios incognitos, & non notos, ac propterea minimè ipsorum non nominatorum respectu apposita intelligitur consideracione Sanctissimi, vt in hoc cap. latius considerauimus à num. 73. vsque ad finem. Quapropter nihil potest prodesse dicta clausula generalis (Omnesque alios) quæ in supplicatione subscripta propria manu Sanctissimi non legitur, sed per Cursores postmodum in confectione litterarum sit apposita, & extensa, quominus in Senatu horum comprehensorum sub dicta clausula causa Ordinatio remittatur.

Nisi fortè quando & in supplicatione fuit semel petita commissio generaliter contra omnes interesse putantes, & causa rationabilis quæ fuit Sanctissimo expellita in supplicatione, quæ & ipse motus fuit ad subscribendam commissionem, & supplicationem propria manu pariter fuisse generalis, influens in omnes, & illos tangens, & complectens, quia tunc indubit conueniri & i possunt in prima instantia, comprehensio sub clausula generali contenta in commissione subscripta.

CAPVT XIII.

Si coram Iudice appellacionis, seu delegato in prima instantia ex commissione manu propria Sanctissimi subscripta, compareat tertius excludendo, & quid quando coadiuuando; an per Senatum istius sit causa ad Ordinarium remittenda.

Vbi latè quando tertij causa seorsum sit tractanda, ita vt cursum litis inter alios pendens non suspendatur.

Ac etiam quando lis inter plures queat validè pro singulis terminari.

S V M M A R I V M.

Tertij causa comparens coram Delegato, aut Iudice appellacionis, lite inter alios pendente, an sit Ordinarius per Senatum remittenda, à quibus iuris reseruationibus pendeat, num. 1.

Tertius in lite pendente comparet vno ex duobus modis, excludendo principales litigatores, aut alterum coadiuuando, num. 2.

Tertij excludentis persona diuersa est à colligantibus, cuius ius separatim tractatur noua instantia, nouoque iudicio, & diuerso egeat, nec tenetur litem, cui opponitur in eodem statu assumere, num. 3.

Tertius, excludendo litigantes ex commissione, potest impetrare aliam, vt cum eo lis in instantia contra iam litigantes lis noua incipiat, n. 4.

Tertius excludens ad litigantes volens commissionem impetrare, vt cum eo lis in instantia in prima instantia, tenetur hoc in commissione exprimere, num. 5.

Lis noua, & diuersum ab eo, quod in iudicio agitur, non tenetur deducitur, noua indiget cognitione & instantia Ordinaria per Senatum remittenda, num. 6.

Iudex appellacionis caret iurisdictione super nouo,

& diuerso iure, etiam inter easdem partes, non tenetur tamen deducit coram eo, num. 7.

Lis noua, diuersum, & separatim à primo iam deducit cognoscitur, quando rei iudicata super isto non præiudicat illi noniter deducit, n. 8.

Tertij comparentis exclusio ius independentem habetur à iure iam litigantium, cui inter istos actus, & res iudicata obiecta non nocent, nec possunt, n. 9. Per tertij exclusio comparitionem non suspenditur prioris litis cursus, sed imo inter priores colligantes proseguitur, & seorsum inter omnes tractatur tertij ius, num. 10.

Tertij ius, & prioris actoris seorsum tractatur, & quæ coram prius rem iudicatam obtinet ab altero non impeditur in executione, Reo tamen per primum victorem præstata cautione, num. 11.

Quæ cautio iudicialis fingit rem stare penes reum victum, ibidem.

Tertius in l. i. a quo rei vendit. & l. penult. ff. de petition. hered. in proposito adducuntur, ibid. Baldi opinio asserens per tertij exclusio comparitionem suspendi cursum litis ad prioris actoris petitionem, referunt, num. 11.

Couarru. contra Baldum, vbi momento suspendi prioris litis cursum per tertij comparitionem asserens, defenditur, num. 13. & seqq.

Vincen. de Franch. salatur opinio Couarr. & verum reseruit intellectum contra alios ad l. i. a quo, ff. de rei vendicatione num. 14.

In Regio collateralis Concilio decisum ex opinione Couarru. contra Fiscum, se vt tertium opponentem, exclusio ad colligantes, & petentem suspendi eorum litis cursum, num. 15.

Litis cursum non suspendi, nec eius diffinitionem per oppositionem tertij, exclusio comparentis Rota determinauit, num. 16.

Tertius non possidens, comparens pro suo interesse, non impedit expeditionem litis, nec executionem sententia, cum sua non interesse, vt litigiosam magis esse penes vnum, quam alterum, num. 17.

Doctores plures tenentes cursum litis non suspendi, nec determinationem per comparitionem tertij exclusio referuntur, num. 8.

Tertio comparente exclusio post rem iudicatam, & in eius executione perueniente, reo non prestat cautio, de qua in l. i. a quo de rei vendicatione, secus si ante rem iudicatam comparuerit, num. 19.

Tertius exclusio comparens ne dum litis cursum non impedit, sed multo minus executionem, n. 20.

L. non iudico, ff. de iudicio, disponens litem inter plures ex diuersis iuribus motam, posse quoad quosdam desiniri, & quoad alios diffinitionem suspendi; latè exornatur, num. 21.

Capitula plura vbi sunt diuersa, sententiam super aliquibus latam, aliis omissis, esse validam dixit Rota, num. 22.

Plures quando simul mouent litem, potest respectu vnus ferri sententia, & respectu alierum differri, num. 23.

Item quando ab vno petuntur plures res, seu summa ex diuersis causis, ibid.

Pluribus conuenitis simul proportionibus, sententia prius potest cum aliquibus ferri aliis omissis, quibus nec illa nocet, nec prodest, num. 24.

Super rebus diuersis, & separatim, simul in iudicium deductis, potest Index pro parte pronuntiare, & pro alia parte iudicium differre, num. 25.

Idem

Idem inter diuersas personas simul conuentas, vel agentes, ibidem.
 Quae sunt res, vel Capitula, tot videntur sententia, & variato vno aliud remanet, n. 26.
 Iudicium si est indiuiduum, & connexum, sententia si fuerit pro parte est nulla, num. 27.
 Vitio per inutile vitatur in indiuiduo, n. 28.
 Tot sunt sententia quot capitula separata in eadem contenta, num. 29.
 Sententia potest valere pro parte, licet pro parte non valeat, si capitula sint separata, n. 30.
 Appellatio admittitur pro parte separata, cui appellatus non potest adhaerere, num. 31.
 Capitula ubi sunt separata, quia nullam inter se habent connexitatem, appellatio ab vno non suspendit in alio, num. 32.
 Sententia quando dicitur continere diuersa capitula, etiam in iure paronatur, n. 33. remissive.
 Tertius exclusiue tardius veniens, quo tempore legitimo comparere tenetur, ut eius causa simul ane tractetur cum lite iam pendente; DD. non declarant, num. 34. & seqq.
 Conclusa iam causa inter alios, tertius comparentis lis simulaneè non tractatur iuxta obseruationem Conaruii, num. 35.
 Tertius causa comparentis lite iam pendente, hoc est, post litem contestationem non tractatur simulaneè, sed forsan vti diuersa, num. 36.
 Ponderatur ad idem l. is à quo, C. de rei vendicat. num. 37.
 Reconuentione opposita ante litem contestationem, vel paulo post, obinet privilegium simulaneè cognitionis, & distinctionis cum conuentione, non secus, num. 38.
 Vincens de Franchis decisio declaratur, qua sit mentio tertij comparentis post conclusionem in causa, num. 39.
 Tertius minor comparens post conclusionem in causa, an habeat restitutionem in integrum, n. 40. remissive.
 Tertius, comparens exclusiue coram Iudice appellacionis, remittendus est Ordinario per Senatuum, num. 41.
 Tertio comparente coram Delegato ex commissione subscripta manu Sanctissimi inter alios, cum eius causa sit omnino noua, & diuersa; Ordinario per Senatuum remittitur, num. 42.
 Commissio impetrata contra vnum, eius personam non egreditur ad aliam diuersam, num. 43.
 Tertius comparens defensorum reum, vel actorem, tenetur assumere causam eo statu, quo reperitur tempore comparationis, num. 44. & seqq.
 Tertius comparens defensorum eisdem terminis, & defensionibus adstringitur, quo principalis suus, num. 45.
 Tertio defensore comparenti post conclusionem causa denegatur in integrum restitutio ad pinguius probandum, num. 46.
 Tertio comparentis coadiuando eadem est instantia, ac principalis, quem defendit, num. 47.
 Instantia tertij defensori, & principalis eadem est connexa, non diuersa, nec separata, ideoque ad Iudicem de causa principali cognoscendum, non ad Ordinarium suum pertinet, nec eidem per Senatuum remittitur, num. 48.
 Causa tertij defensori, & principalis defensi connexa sunt, & ad inuicem dependentes, & coram eodem Iudice tractanda, num. 49.
 Tertio defensore prauidetur res iudicata inter alios lata ratione connexitatis, num. 50.

Tertius defensor comparens non est persona diuersa in principali, sed vna eademque cum ea, num. 52.
 Tertius defensorum etiam citatus ex sua persona nequit opponere exceptiones dilatorias, nec declinatorias, etiam si Clericus sit, n. 52.
 Ex tertij defensoris admissione non fit deterior conditio actoris, imò tenetur assumere causam in eodem statu, num. 53.
 Delegatus ex commissione subscripta manu Sanctissimi ad causam principalis defensi indubie cognoscit de iure tertij defensoris, item & Iudex appellacionis, coram quo comparat ratione connexitatis, nec Senatui eius causam remittit Ordinario, num. 54.
 Delegatus validè datus super causa emptoris cognoscit de iure venditoris comparentis propter connexitatem, simulaneèque utriusque iuris, num. 55.
 Rota generaliter dicens coram Delegato in partibus admitti omnes venientes ad causam pro suo interesse, declaratur in tertio defensore, num. 56.
 Tertius venditor, comparens ante iudicium inchoatum cum emptore, petens se transferre iudicium animo reuocandi actionem, non reluctante actore auditur, num. 57.
 Tertius defensor comparens ante iudicium inchoatum non animo nouandi actionem, nec liberandi à iudicio emptorem, sed tantum, ut cum eo inchoetur iudicium, praestita cautione; auditur, etiam inuito actore, num. 58.
 Limita, nisi interfit actoris cum defensore non litigare in suo foro, num. 59.
 Tertius defensor, ubi admittitur ad mutationem iudicij, conuenitur coram suo Ordinario, non obstante commissione impetrata contra emptorem subscripta manu Sanctissimi, sed per Senatuum causa Ordinario tertij remittenda, num. 60.
 Commissio impetrata contra aliquem suffragatur tertio venienti ad causam in eisdem statu, & termino, num. 61.
 Tertius exclusiue comparens, si velit; causam an possit assumere inter alios pendente eo statu, quo erat tempore sua comparationis, ac si fuisse tertius defensor, num. 62.
 Doctores qui affirmatiuam insinuant, referuntur, ibidem.
 Tertius exclusiue duplici via potest comparere, à num. 63.
 Vel deducendo nouiter in sum, aut etiam commissionem impetrando, prout in prima instantia, & tunc cum eo lis initiat, ibid.
 Aut comparat assumendo litem inter alios captam in eodem statu, vel facit actus continuatiuos, & ei acta, & sententia nocent, & profant, num. 64.
 Tertius pro iure suo independens à iure litigantium habet electionem, an velit, ut cum eo instantia inuicetur, vel captam continuare, & assumere eo statu, num. 65.
 Tertius huius in facultate est venire adhaerendo statui causa, vel inchoando nouum iudicium, num. 66.
 Et de hac duplici via, qua tertius exclusiue comparens vti potest, qui videndi, num. 67.
 Tertius exclusiue comparens appellando à sententia, vel dicendo illam nullam, omnia acta per prius gesta facit sua, num. 68.

De

De tertio exclusiue comparente, & assumente causam eo in statu, vel faciente actus continuatiuos, idem iudicandum, ac de tertio comparente coadiuando, num. 69. Limita vti num. 71.
 Ac ideo eius causa non erit per Senatuum suo Ordinario remittenda, ibidem.
 In commissione non dicitur ommissam, quod est connexum incidens, aut consequens, num. 70.
 Tertius veniens ad causam pro suo iure personali ligantes exclusiue, duplici via potest comparere, prout in prima, aut in eodem statu, n. 71.
 Tertius pro suo iure comparens, re iam iudicata, in statu, & terminis, &c. Et appellans, aut dicens de nullitate, illa sententia facit numerum quoad se, ita ut alias instantias habeat, n. 72.
 Tertius comparens pro iure proprio in eodem statu, & appellans à re iudicata non videtur eam recipere eam qualitate rei iudicatae, num. 73.
 Contraria sunt facere rem iudicatam suam, & impugnare sententiam, n. 74.
 Consensus, & voluntas, qua inducitur ex facto, non extenditur ultra id, quod de necessitate inducitur ex facto, num. 75.
 Tertius pro suo iure principali simpliciter admitti petens in eodem statu absque appellacione approbat sententiam eam qualitate rei iudicatae, num. 76.
 Tertij causa comparentis ex stylo Romanae Curiae remittit sicut eidem Iudici, qui de causa pendente cognoscit, num. 77.
 Commissio ad petitionem tertij pro iure suo principali comparentis, non admittitur in Hispania sine subscriptione Papae, num. 78.
 Secus si comparat in eodem statu, quo casu eius commissio noua subscriptione non eget, n. 79.
 Tertius pro suo iure principali, & independenti potest admitti ab eodem Delegato, cui causa inter litigantes fuit commissio virtute clausula (quam & quis) num. 80.
 Quod in Hispania non admittitur ex Trident. dispositione, & obseruatione, num. 81.



Vivis dubij resolutio, ab ea pendet mirabilis; An tertiij causa comparentis lite pendente inter alios super aliqua te sit ei connexa vel diuersa, vel supersedendum sit in prosecutione litem iam mota & pendente inter alios, vel potius vti diuersa noua egeat instantia, noua lite, & noua, & diuersa cognitione, ita vt possit ferri sententia, & distinctè tractari causa prioris agentis, hac tertij oppositione minime obstante, & per consequens an Iudex appellacionis prioris litem hanc oppositoris causam tanquam diuersam, nouam, & separatam debeat ad Ordinarium remittere, vel per Senatuum remittendum.
 Pro huius vera resolutione praemittendum duximus, quod resolutio solet in causa inter alios iam mota altero t. de duobus modis compareret vno ad excludendum principales litigatores; altero vero modo ad defendendum, & coadiuandam insalterius ex colligantibus, Conaruias practicarum quaest. cap. 13. & capitul. 14. Marzar. consil. 24. Suedus decis. 60. num. 6. & decis. 147. num. 6. Bred. edictus de appellacione, part. 1. column. 102. Ruginellus de appellacione. §. 2. capitul. 1. num. 47. Artiminius Tepasus lib. 1. variarum, tit. de tertio extran. column. 1. Hondedeus consil. 25. volumn. 1. Gaill. lib. 1. obseruatione. 69. 70. & 71.

Ludouisius decis. Persina 26. Anna. consil. 97. & consil. 98. Iacobus Cancercius lib. 2. variarum resolution. capitul. 16. de tertio oppositore, à num. 10. & sequentibus, Costa de scientia & ignorantia, censure 1. distinctione 57. num. 1. & in tractatu de re integra, distinctione 95. num. 13. & 14. Muscatellus praxi civil. part. 3. in addition. ad glossam nominet. littera A. Peregrinus de fideicommissio, articul. 53. num. 55. Lancelotus de attentione, capitul. 12. ampliat. 14.

Primo modo persona tertij t. ad iudicium comparentis ad actorem vel reum, vel verumque excludendum, diuersa est omnino à litigante vel litigantibus, quos excludere vult, quorum iure non regulatur: ac propterea cum nouum ius suum deducat, nouam actionem, nouamque & diuersam petitionem nouiter proponat, nouum & separatam iudicium inducat, nouamque & diuersam litem moueat, noua persequens, & diuersa instantia requiritur, nouiter & diuersè ab initio formanda, qua nouae exceptiones, nouae defensionis, atque termini ei & aliis iam litigantibus conceduntur, ac si ab aliquo lis capta non fuisset, quae separatim persequitur vti hic tertius non tenetur causam ab aliis motam in eodem statu assumere, nec persequi, quae inter alios duos erat, cui medijs ipse nouo & diuerso iure, ac actione accedit, ad rextum in l. Titius. ff. soluto matrimonio, & illic Barbosa Conaruias practicarum quaest. capitul. 13. ante num. 11. & capitul. 14. num. 3. versicul. Hallenus de tertio, Costa de scientia, & ignorantia, distinctione 57. num. 13. & de re integra, distinctione 95. num. 14. Gaill. lib. 1. obseruatione. 71. num. 14. Peregrinus de fideicommissio, articul. 53. num. 55. Ludouis. decis. Persina 26. Matzarius consil. 24. Iacobus Cancercius lib. 2. variarum resolution. capitul. 16. de tertio oppositore, num. 7. Lancelotus de attentione, capitul. 12. ampliation. 14. Marius Giurba decis. 124. num. 32. optimè etiam de hac iudiciorum diuersitate inter istos, videndus Castellus controversarum tom. 2. capitul. 9. sub num. 9. versicul. Constitue etiam.

Et in tantum hoc est verum, quod lite inter alios iam pendente, t. etiam per commissionem, si iste tertius vult ius suum principale & independenter à iure litigantium de nouo deducere, quia agit & comparat excludendo ius cotum (cum istius causa nouo egeat iudicio) si impetrat commissionem, prout in prima instantia, quae ipse cum aliis incipere vult, & potest, ita comparando hac via tenetur inchoare instantiam, & iudicium nouum cum aliis colligantibus, quorum ius praetendit excludere; ita late fuisse adductum in causa Cordubens. statutorum 24. Iung. 1590. coram Cardinal. Seraphin. testatur Marcolotus variarum resolution. lib. 1. capitul. 21. n. 15. & 15. Rota vt per Alexandrum Ludouis. decis. 259. num. 1. in fin. ipsa Rota decis. 98. num. 1. part. 1. in Recenc. Seraphinus decis. 124.1. Olfoccius Beltramin. in annotationibus ad Ludouis. vbi proximè, littera A.

Et si vult de nouo iste tertius ius suum principale, t. & independens à iure colligantium, & assistentium in lite iam inter illos motam, & sic exclusiue ad illos, nouum ius & instantiam inchoare; tenetur hoc exprimere, & commissionem impetrare prout in prima instantia, ita fuisse dictam in vna Momis Regalis inuisibilitatis 10.

nis 10. Iulij 1602. coram Cardinal. Melino, im-
prella penes Marchesanum de commissionibus,
rom. 2. fol. 265. testatur Oliuerius Beltraminus
in annotation. ad Alexandr. Ludouisi. dict. deci-
sion. 260. num. 3. litera A.

Et quando ius nouum & diuersum in iudi-
cium t̄ agendum nouiter deducitur, noua indi-
getur causæ cognitione, nouis defensionibus,
& exceptionibus, nouaque instantia ad Ordina-
rium remittenda, vt copiose Giurba decisio. 110.
per totam, per quem & alios plurimos abundè
diximus hac 2. part. capitul. 8. à num. 18. cum se-
quentibus, vers. Et quod nouus articulus nouum-
que ius.

7 Quate ad propositum Nostrium t̄ venit di-
cendum per necessitatem consequentiam, iudi-
cem de causa appellationis cognoscentem peni-
tus carere iurisdictione ad cognoscendum de
diuerso & nouo iure, seu articulo, & iure,
etiam inter eadem partes litigantes coram eo
deducto, abundè comprobauimus superius hac
2. part. dict. cap. 8. per totam, & capitul. 9. Qui-
bus locis multa quidem scitu dignissima, omni-
modoque ad resolucionem huius cap. valdè
conducibilia, & necessaria concessimus, quæ
ulterius non repeto.

8 Non enim prætermittenda est t̄ theoricæ, sin-
gularis ibidem, per Nos tradita in dict. cap. 8.
vers. Et tunc cognoscatur. à num. 12. cum seqq. Vt
tunc cognoscatur ius esse nouam, diuersum &
separatum à primo iam in iudicium deducto;
quando acta, & sententia in hoc lata, illi nouo
non præiudicat: vbi latè prosequimur compro-
bantes.

9 Quod quidem penitus contingit in hoc iure
tertij comparantis t̄ exclusiue, & ad infringendum
iura competitorum nouiter accedentis,
quia sum ab istorum iure independentem se ha-
bet & consideratur, atque idè acta iam gesta,
& res iudicata iam obiecta inter primos collig-
tantes huic tertio comparanti nec profunt,
nec nocent. Seraphin. decis. 906. num. 2. Rota
decis. 705. n. 5. part. 1. in recent. Et quod quan-
do tertius venit ad causam excludendo ius
vtriusque colligantis, tunc acta & probatio-
nes iam factæ illum non afficiant, neq; pro,
nec contra; notabiliter ita declarasse Rotam in Mo-
lana pensionis 13. Iunij 1611. coram Cardinal.
Sacraio, testatur & sequitur Oliuerius Beltra-
minius in annotationib. ad Alexandr. Ludouisi.
decis. 259. num. 7. & num. 6. Et facit etiam in his
terminis, Vincentius de Franchis decis. 261. n. 14.
provt regularè est, res inter alios actas aliis non
obest, latissime Nòs de Regia protectione 4. p.
capitul. 8. à principio, & præcipuè ad propo-
situm à num. 19. & sequentibus, & num. 23. Igitur
hac iurigen diuersitate existente, manifestè
probat, huius tertij oppositoris causam &
nouam instantiam coram Iudice appellationis
deductam esse ad Ordinarium per Senatum rem-
mittendam, iuxta tenorem Concilij Tridenti-
ni. session. 24. de reformatione, cap. 20. causa
omnes.

10 Quod & eò fortius redditur, t̄ quoniam
quando duobus in iudicio litigantibus super ali-
quæ, vel iure, tertius accedat non ad coad-
iuuandum alium, sed ad excludendum vtrum-
que à rebus, vel à iuribus, de quibus agitur,
petens non actori, sed sibi tradendas, ac simul
iurisdicendum suspendendam esse litem priorem,

quousque etiam de iure suo cognoscatur: tunc
quidem verissimam Prioritatem frequentiore
opinionem adesse, doctores litum nullatenus
suspendi, sed inter colligentes eiusdem
prosequi, ita vt si pro priore actore putà prius
setatur sententia, executioni tradetur, non ob-
stante iure tertij noui actoris ex ratione diuersi-
tatis iuris vtriusque, quia cum nullam inter
se habeant connexionem, t̄ separatim vtrin-
que actoris sunt lites tractandæ, absque eo
quod secunda primæ lites cursum & determina-
tionem in aliquo impediatur, nec prima secunda,
nec sententia executio pro alterutro actore prius
latæ suspenditur, data tamen reo per actorem
prius vincentem victo cautione, vt si postmo-
dum à secundo reuincatur, prior actor rem ius-
sue auocatum restituet.

Et per istam cautionem iudicalem res, aut
pecunia etiam consumpta fingitur statè penes
seum victum & condemnatum, cui fidei iussio
hæc præstatur, plurimos Doctores laudat Ma-
rius Giurba, decis. 4. num. 40. Gaito de eredi-
cap. 3. quest. 11. num. 137. Castillo controversia-
rum tom. 4. cap. 62. num. 74. & adueniente casu
potest contra actorem præstantem cautionem
hanc res ipsas, aut ius via executionis recuperari,
Seraphinus decis. 1233. à num. 2. & decis. 1369.
Zachias ad Gallesium de obligatione Camerali,
quest. 37. num. 51. Gratianus disceptat. forensib.
lib. 1. cap. 37. à num. 34.

Ad hoc hoc in terminis est text. celebris in
l. si à quo (inquit Consultus) fundus petitus erat,
ab alio eiusdem fundi nomine conuenus est: qua-
rebat, si alterutri eorum iussu iudicis fundum re-
stitueret, & postea secundum alterum petitorum res
iudicaretur, quemadmodum non duplex datum
traheret. Respondi, vt prior Index iudicaret,
eum oportere, ita fundum petitori restitui iubere,
vt possessori cauere, si alter fundum emisset, eum
præstare, ff. de rei vendicatione, quem text. me-
rito ad hoc celeberrime vocant Doctores, & facit
lex à quo seruis 88. eodem tit. text. est etiam mi-
rabilis in l. penultima. ff. de petitione hereditatis,
cuius sunt verba: Cum idem eandem hereditatem
aduersus duos defendit, & secundum alterum ex
his iudicatum est, quæri solet, vtrum perinde ei
hereditatem restitui oporteret, si aduersus alium
defensa non esset: vt scilicet si mox & secundum
alium fuerit iudicatum, absoluitur is, cum quo
actum est: quia nec possideat, nec dolo malo fecerit,
quominus possideret, & quod iudicio reuictus resti-
tuerit: an quia possit, & secundum alium iudicari,
non aliter restitueri debeat, quam si cautum ei fue-
rit, quod aduersus alium eandem hereditatem de-
fendit. Sed melius est officio iudicis cautione, vel
satisfactione vtili mædri: cum & res salua sit ei,
qui in executione tardius venit aduersus priorem
victorem, &c.

Et licet Baldus in cap. si duo, col. 1. vers. Vide
quod nor. de pace reuocanda, t̄ secundum intel-
lectum Innocentij ad dictam l. si à quo in cap.
veniens, col. 2. de testibus, dicat, quod quando
quis comparat ad infringendum iura competi-
torum, supercedendum esse in priori lite ad in-
stantiam prius venientis, donec integrè causa
terminabitur, & sequatur Apostilla ad Bartol.
in dict. l. si à quo, & Felinus in cap. cum super col-
lumn. 2. de re iudicata, & cum Gregor. Lopez,
& Felino, sequetur Baldum, Castillus contro-
uers. tom. 2. cap. 9. vers. Deinde consilium, & An-
griola,

grifola, Menochio, Caualean. Arma. & Scac-
cia quos refert, sed non sequitur Marius. Giur-
ba decis. 11. num. 33.

13 Tamen t̄ doctissimus Præsol Couaruu. pra-
cticarum questionum, cap. 14. num. 4. latè & eru-
ditè defendit contrariam opinionem, elsèque
casum expressum in dict. l. si à quo, dicens ter-
tium oppositorem, quoties non accesserit ad
defendendum; audiendum quidem esse, ita ta-
men vt nullo equidem momento impediatur li-
tis examen, & diffinitio inter actorem & reum,
quoad istorum præiudicium, & commodum,
constantèrque dicit, esse asserendum; tertium
hunc accedentem excludendo actionem actoris,
vel ius rei, aut vtriusque à re vel iure petito ad-
mitti debeat ad allegationem, & probationem
proprie intentionis, ita tamen vt propter hanc
oppositionem nulla in parte differatur diffinitio
litis motæ inter actorem & reum, quoad eorum
præiudicium, vbi latè respondit ad doctrinam
Innocentij, & de eius intellectu agit, restituit-
que verum intellectum huius text. in dict. l. si à
quo, post plurimos Doctores à se allegatos, &
ita determinatè pluries cum suis Collegis in Se-
nato Granatensi.

14 Latissime etiam t̄ verum intellectum dict. l.
Is à quo, tractat & tuerit Franchis decis. 161.
per totam, vbi respondit ad contrarios aliquos,
intellectum verum dict. l. Is à quo, cauillantes,
& doctrinam Innocentij declarat: in totum
sequitur Couaruuas, licet latius agat; & mul-
tos Doctores pro hac parte conducit, qui n. 14.
testatur hunc articulum fuisse tractatum in Re-
gia Camera summarè in processu inter duos
pendente, quodam iure tertierij, in quam cau-
sam subintravit postmodum Regius Fiscus, &
petens in iudicio supercedere, & facta relatio-
ne t̄ in Regio Collaterali Consilio, fuisse deci-
sum, quod procederet ad expeditionem cau-
sæ interactorem & reum, saluis iuribus Regij
Fiscij oppositoris: Qui quidem per totam deci-
sionem loquitur, quod minor, vel alius pri-
uilegiatus ita comparat excludendo iura liti-
gantium; quæ decisio omnino videnda erit, tora,
qua hic articulus eruditè examinatur, & abso-
luitur, & idem probat ipse Franchis in de-
cis. 492.

15 Est etiam t̄ elegans Rotæ decis. 4. tit. de Indi-
citijs, in antiquiori, cuius & Felinus meminit
in dict. cap. cum super, num. 17. Quæ quidem ex-
pressè decem extat, non esse impediendam
diffinitionem, nec prosecutionem & examina-
tionem litis quæ inter duos tractetur ex eo,
quod tertius se ipsum opponat, & petat rem
litigiosam sibi dari, non actori, & alleget, vtrum-
que actorem scilicet, & reum nullum ad ean-
dem rem ius habere, imò interactorem & reum
lis deficientia est, absque illius tertij præiudi-
cio, qui nihilominus admittendus erit ad prop-
riam probationem absque latione illius status,
in quo causa inter actorem, & reum versatur,
cuius etiam decisionis mirabilis mentium Cou-
uaruu. vbi supra sub num. 4. Franchis dicta de-
cis. 261. num. 8. & 9.

16 Est etiam t̄ elegans Rotæ decis. 4. tit. de Indi-
citijs, in antiquiori, cuius & Felinus meminit
in dict. cap. cum super, num. 17. Quæ quidem ex-
pressè decem extat, non esse impediendam
diffinitionem, nec prosecutionem & examina-
tionem litis quæ inter duos tractetur ex eo,
quod tertius se ipsum opponat, & petat rem
litigiosam sibi dari, non actori, & alleget, vtrum-
que actorem scilicet, & reum nullum ad ean-
dem rem ius habere, imò interactorem & reum
lis deficientia est, absque illius tertij præiudi-
cio, qui nihilominus admittendus erit ad prop-
riam probationem absque latione illius status,
in quo causa inter actorem, & reum versatur,
cuius etiam decisionis mirabilis mentium Cou-
uaruu. vbi supra sub num. 4. Franchis dicta de-
cis. 261. num. 8. & 9.

17 Rotæ t̄ decisiones, & alios firmat Hercules
Marefcotus variarum resolutionum, capitul. 121.
num. 4. in hæc: Dixi (ratione solius possessionis)
quia tertius veniens ad causam pro suo interesse,
non impedit eum expeditionem, & multo minus

executionem sententiæ, quando ipse non possidet,
cum sua non interfit rem super qua lis pendet, &
magis penes actorem, quam reum, Bartol. in li-
penult. in 1. notabil. ff. de petitione hereditatis
Innocent. i. cap. cum super, column. 3. sub num. 4.
vbi Felin. num. 17. de iurisdictione, Belgina. de-
cis. 4. de iudicijs, & dicit Rota in vna Bononiæ
successionis 10. Nouembrii 1597. coram Corduba.

Hanc etiam opinionem t̄ verissimam probat
exactè Iosephus Ludouicus decis. Perusina. 26.
num. 25. 26. & 27. & per totam; & ipse in deci-
sion. Luceus. 56. num. 2. & 3. Hondedeus cons. 25.
num. 21. & 23. Alexander Trentacinius varia-
rum resolutionum, tit. de iudicijs, resolutio. 16.
num. 6. Lancelotus Robertus de attentatis, cap. 3.
num. 16. Burfatus consil. 416. Caualecanus deci-
sion. 5. num. 18. part. 4. sequitur etiam, & verius
resoluit Marius Giurba decis. 1. num. 33. Id
ipsum etiam sequitur Couaruuas, ibi: Senus
est in eo, qui accedit ad litem, vt excludat vtrum-
que, quia cum colis iniuncta est à capite, & om-
nia sunt in integro repetenda, vt ex pluribus Co-
uaruuas eodem capitul. 13. in initio, & ex com-
muni opinione refert & sequitur, capitul. 14.
num. 3. versus finem, versicul. Hactenus. Non ta-
men interim retardatur lis inter actorem & reum,
versicul. Quandoque tertius ibi. nos vero contra-
riam, &c. Idem etiam tenent Arma. allegation.
76. num. 9. & Fabius Anna. consil. 97. num. 13.
& 14. necnon Caualecanus dict. decisio. 5. (licet
inaduerter eos pro contraria parte similiter
allegauerit Giurba) tenet etiam Marfiller in
praxi ciuili. part. 3. in addition. ad gloss. nominat.
litera A. approbat etiam Iacobus Cancerius
variarum resolutionum. 2. part. capitul. 16. à num. 70.
cum sequentibus; Couaruuas practicarum capi-
tul. 16. num. 3. sub versicul. His tandem, post
quos, & plures alios diximus Nos de Regia
protectione, 4. part. capitul. 8. à num. 68. vbi de
declaratione dict. l. Is à quo, ff. de rei vendica-
tion. Et quod eius cautio præstanda non sit vi-
cto t̄ per vincentem priorem actorem, quando
tercius exclusiue comparit in executione
rei iudicatæ, sed quando ante rem iudicatam,
& litpendente ante eam comparat, deducen-
do suam actionem; cui adde quæ etiam rectè
Castellus controvers. tom. 2. capitul. 9. sub num.
9. versicul. Consilium etiam casum, vbi latè. Et
quod iste tertius non solùm non impedit pro-
gressum t̄ lris, sed multo minus executionem
sententiæ post eius comparisonem esse in fa-
uorem prioris actoris, probar cum alijs, & cum
Rotæ decisione Hercules Marefcotus variarum
resolutionum, lib. 2. capitul. 21. num. 3. & sunt iuxta
expressam in dict. l. si à quo, & melius in dict. l. pe-
nultima. ff. de petitione hereditatis, de quo vide ibi
apud Nos à num. 67. quod & optimè tractat
Gregorius Lopez in l. 11. titul. 14. in glossa 1.
part. 5. vbi ita explicat & intelligit dict. l. si à
quo, & Castellus in l. 64. Tauri, glossa verbo,
Appellation. versicul. Si à lege. Atque etiam la-
tissime de intellectu, dict. l. si à quo, videndas
erit Castillo vbi proximè à num. 9. Ab eo tamen
cauendum, dum sequitur opinionem Baldi ha-
ctenus reprobata.

Quorum omnium supradictorum iurium,
& Doctorem vera resolutio, vt ne retardetur
lis inter reum & actorem iam pendens per op-
positionem tertij ex proprio iure diuerso, &
impedentet à litigatoribus, scilicet potissimum

ex determinatione textus in l. non idcirco 44. ff. de iudiciis. Ex quo apparet, posse ex iusta causa litis, que cum pluribus agit, quoad quosdam ¶ definitionem suspendi, & quoad alios statim expediri, in hac vcrba: Non idcirco Iudicij officium impeditur, quod quidem ex iuribus post litem adversus omnes inchoatam, Republica causa abesse caperunt, cum presentium, & eorum, qui non defenduntur administratio discerni, & estimari possit. Hactenus de mirabili textu, quem exornavit Rota decis. 13. in fin. part. 2. in recentior. & mirabiliter eadem Rota, vt per Alexandrum Ludouicum decision. 448. à num. 4. in hac: Non obstat, quod non potuerit ¶ super parte crediti pronuntari, sed debuerit ferri sententia super toto, l. in hoc iudicio, ff. familia erciscunde: quia non procedit, quando sunt plura capitula, tunc enim, cum censentur tot petitiones, quot capitula; sententia super aliquibus lata, alijs omisis valet. Abbas in cap. cum inter, sub num. 3. versiculo, Fallit Ego capiend. vbi etiam Felinus post num. 6. versicul. Fallit primo, de re indicata, & dixit Rota in vna Melphiens. spoliatorum 11. Oclobris 1576. coram Lauretano, & comprobatur, arguendo de persona ad res, ad leg. qui suere, ff. de statu homin. vt arguit Rota in dict. Melphiens. Sicut ¶ autem quando plures simul conueniunt, potest respectu vnus ferri, leg. non idcirco, in principio, & ibi Bartol. & alij, ff. de iudiciis, Decius consil. 295. capitul. 1. Caputaquens. decis. 8. num. 1. tra. etiam quando ab vno petuntur plures res seu summa ex diuersis causis, &c. quod in his terminis de quibus agimus, legis is à quo, dixerat Couartianus practicarum quas. capitul. 14. num. 4. in fin. ponderando ad id dict. leg. idcirco; eandem etiam decisionem refert Farinacius in posthumis, tom. 2. decis. 313. vide latè, Cartocium exception. 130. per totam.

24 Et quando plures eadem lite ¶ conueniuntur proportionibus, quod causa potest determinari, & diffiniri cum aliquibus, & cum alijs non, quibus omisis sententia nec prodest, nec nocet, quousque non eis alia feratur sententia, latissimè Nos de Regia protectione 4. part. cap. 8. à num. 52. cum sequentibus, & à num. 45. vbi plurimos ad id Doctores congregamus, que quidem verissima sunt, optima Rotæ decision. per Cocceium. 112. num. 4. & 469. num. 7. & per totas decisiones omnes omnino videndas, quæ procedunt, & explicant casus singulares.

25 Sed melius omnibus hunc ¶ articulum declarat Sebastianus Vantius in tractatu ne nullitas sentent. ex defectu processus, num. 100. in hac: Quinimò index sitis in iudicio deducta diuidua & separabilis foret, posset (vt dixi) super aliqua parte eorum que in iudicio deducta essent dumtaxat pronuntiare, & sententia sua valerit, pro vt videmus, quod si iudicium final contra plures captum sit respectu alterius iudicium differti potest; vt est textus, & ibi Bartol. & alij in l. non idcirco, in princip. ff. de iudiciis, & idem Bartol. in l. 5. §. fin. versicul. Po-ne quod vnus, ff. de verborum obligation. & plura referendo tenet Decius consil. 295. in causa litatorum in princip. lib. 2. & decision. Neapolitana, vt per Capitulum decision. 8. in principio. Nam 26 quot sunt res, ¶ seu capitula, tot videntur sen-

tentia, & variato vno, aliud remanet, l. citius §. 1. vbi est Glossa Ordinari. & ibi Bart. & ceteri declarant, ff. de minorib. & l. dicere, & l. quid tamen, ff. de arbitris l. quadam sentent. ff. familia erciscund. & Speculator in tit. de iur. iust. §. iusta, versic. Item est nulla ratione qualitat. & Bald. in l. generaliter, in 2. column. C. de Episcopis & Clericis, Alexander. in l. scire debemus, per illum text. de verbor. obligation. & Ioannes Mili, in verbo, sententia si ferretur super part. cap. & Guido Papa quas. 27. in manibus quam vide.

Secus si iudicium (inquit, & protequitur ipse Vantius) esset indiuiduum, & connexum, quia tunc sententia ¶ non posset ferri pro parte sed totum diffiniri deberet, alius non valeret, per text. in l. in hoc iudicio, & ibi glossa Bartol. in l. 1. C. de re iudicata, & in l. 1. C. si aduers. rem iudicatum; nam ito casu procedit regula, ¶ quod vtile per inutile vitatur, &c. Et pro hac regula cam tredecim limitationibus in quibus sententia pro parte dumtaxat lata valet, videndus Felinus post Anten. Immolam, & Panormis. in cap. cum inter, columna 3. vers. Sententia, de re iudicat. Hactenus obferuatio Vantij; plura per Cartocium, except. 130. à num. 4. videnda erunt.

Consonat, quod tot sunt sententia diuersa, ¶ quot sunt capitula separata in ea contenta, vt per l. eam. §. ex causa, ff. de minorib. Glossa in cap. 2. in verbo, eadem, de ordine cognition. Angl. & Fall. in l. scire debemus, ff. de verbor. obligationibus, Barbacia consil. 10. column. penultim. in fin. vers. Ideo dicimus, lib. 1. Patius consil. 66. num. 4. lib. 1. optima Rotæ decis. 552. apud Alexand. Ludouic. & ibi Oliuer. Beltramin. num. 6. Beccius consil. 92. num. 4. Bartolus consil. 184. num. 37. Rota decis. 33. num. 10. part. 2. diuersorum, & decis. 417. sub num. 2. part. 2. in recentior. & latè fuit dictum in Ferrariens. pecuniar. imprecisa penes Marchesan. de commission. tom. 1. fol. 123. & ideo sententia potest valere pro parte quoad vnum capitulum, ¶ licet non quoad aliud, quando capita sunt separata, nec tunc vtile per inutile vitatur, Rota dict. decis. 33. num. 18. & aliam adducit Beltramin. vbi proxime dict. num. 6. sicuti potest appellari pro parte separata, ¶ nec tunc appellatus potest adherere appellationi appellantis. Quod secus est, quando sententia continet vnum tantum caput, vel etiam plura, ¶ que tamen sunt connexa, Beltraminus, ibi: n. 6. & eadem decis. Alexand. Ludouic. vbi quod quando capitula sunt diuersa & separata, quia inter se nullam habent connexitatem, appellatio ab vno capitulo non suspendit in alio. Boerius decis. 73. num. 4. Lancelotus de attentatis, lite pendente, limit. 2. num. 12. vide de iis optimam decisionem Alexand. Ludouic. 223. & ibi bene Beltramin. num. 9. post Scacciaum de appellat. quas. 17. limit. 21. num. 21. & alias Rotæ decisiones. Gratianus disceptation. forens. cap. 21. num. 19. Hieronymus Gabriel. consil. 38. per totum, lib. 5. Lancelotus part. 2. cap. 12. limit. 44. & limitat. 2. num. 21. & sequentibus, vbi de adhesionem appellationis, & Beltramin.

Et quando sententia dicatur continere diuersitate Capitulorum, ¶ etiam in iure paronatus, & quando sit diuidua, vide dict. decis. 112. & decis. 469. Cocceini, & latè decis. 402. per totam eiusdem Cocceini; quibus mirabiliter ad multa declaratur, vide latè Cartocium de exceptionibus, except. 130. à num. 4. cum seqq.

Quando

Quando autem iste tertius tardius venit opponendo ¶ de suo iure principali, & independentet à iure aliorum, inter quos lis mota iam erat, legitimo tempore venire dicatur, vt simul etiam sua causa curat cum iam deducta inter actorem & reum; Doctores non apperunt; nam licet Couartu. pract. ques. cap. 14. sub num. 4. ante finem, dicat in hac: At si tertius accesserit ad iudicium, non equidem defensus actorem, nec reum; sed vel eorum alterum exclusurus ab actione, vel defensione cause, aut tandem vtrumque à re petita: admitti debet ad allegationem, & probationem propria intentionis, iia tamen, ¶ vt propter hanc oppositionem nulla in parte differatur diffinitio litis inter actorem & reum, quoad eorum præiudicium: præsertim vbi tempore huius oppositionis conclusum fuerit in causa.

Ex quo colligitur, quod postquam lis etiam ¶ mota inter alios ¶ pendat, tertius hic comparens non suspendat eandem, pro vt supponant, & dicant omnes Doctores superius citati, & ipse Couartu. ibidem à principio eiusdem n. 14. (cum lis dicitur pendere ab eius contestatione, vt vulgare est,) & sic videtur, quod ab eo tempore præclusa sit ei via suspendendi litem pendentem, nec quod simul sua causa etiam tractetur, cum sit diuersa; vt iudicat Couartu. ibidem in illis verbis: Vt propter hanc oppositionem nulla in parte differatur diffinitio litis, &c. Vt sensus sit, quod in qualibet parte litis iam pendens oppositio superueniens non operetur litis suspensionem; quod & clarè vterius reddunt verba eiusdem frequentia; ibi: Præsertim vbi tempore, &c. vt supponat quod etiam ante causæ conclusionem, & relictum publicationem oppositio adhuc non causet suspensionem; cum hoc supponat dictio illa; præsertim, vt excludat aliud tempus antecius.

37 Probat etiam text. in dict. l. is à quo, ¶ generalitatis, ibi: Is à quo fundus petitus erat, & ab alio eiusdem fundi nomine conuentus est; & dict. l. penult. ff. de petition. hereditatis, quibus iuribus supponitur principio litis factam fuisse secundam conuentionem, & oppositionem, vt nihilominus simultaneam litium cognitionem minime operetur.

38 Quæ opinio & eod fortior redditur, ¶ quod licet causa renuntiationis in litis contestatione, vel paulò post eam opposita, habeat privilegium simultaneæ cognitionis, & determinationis cum causa inuentionis: tamen si multò post litis contestationem opponatur, amittit hoc privilegium; sed imò ne fiat statui litis præiudicium ex suspensione, & actori ex rei tarditate; vtraque causa diuisim qualibet de per se tractatur, terminatur, & diffinitur continuata prima conuentionis. Marius Giurba decis. 74. à num. 3. Cardo in summa, practicar. iud. verbo, reconuenit. num. 4. Grassi de officio Clericæ. effectus 1. sub num. 762. qui quidem in finitissimas ad alios allegat Doctores; ergo similitet in nostro casu dicendum erit, vt si ille oppositor tertius compareat paulò post litis contestationem inter reum & actorem, eius causa simul tractari & admitti potest; sin autem tardius venerit, separatum, & diuisim vtraque tractanda erit.

Aduerte tamen quod licet in casu decisionis ¶ Franchis 261. num. 10. & 11. ¶ fiat mentio de hoc tertio oppositore comparente post conclusionem factam, est ad maiorem iustificacionem,

non quod vllatenus supponatur, quòd etiam antea comparens non sit excludendus ab effectu suspendendi litis pendens inter reum & actorem progressus; imò potius in casu illius decisionis ita ponderatur ad excludendum minorem ¶ privilegium ad restitutionem eo tempore comparentem, de quo videndus Ioannes Guittrez pract. lib. 1. q. 66. per totam, quem & Barbofam ad idem allegat ipse Franchus ibidem in fine decisionis: vide ad idem plurimos citatos per Giurbam decis. 1. n. 28. & 29. vbi de minore comparente post causæ conclusionem, an habeat restitutionem in integrum, & à n. 42. cum seqq.

Sed quando iste tertius pro suo iure principali, & independenti comparens in iudicio moto inter actorem & reum, velit eandem litem in eodem statu recipere; an sit admittendus postmodum latius erit videndum, à num. 62. cum multis sequentibus.

Quare concludendum & inferendum erit, quòd quando hic tertius comparens excludendo, non comparet coram Ordinario, ¶ dum tractat de prima instantia intentata contra reum conuentum; quia si tunc sit eius comparitio, admittitur doctrina quæ hactenus adscriptimus, ex dict. l. is à quo, ff. de re iudicata.

At si comparet coram iudice appellationis & in alia instantia, cum eius causa sit diuersa, & omnino separata, imò contraria, debet ad Ordinarium eius causa remitti, vt hactenus latè probauimus.

Et ex identitate rationis erit affirmandum in iudice ¶ Delegato, cognoscente inter reum & actorem ex commissione subscripta propria manu Sanctissimi, vt si coram eo hic tertius compareat, proponendo nouam hanc actionem vel rei vendicationem contra reum ab alio iam conuentum, omnino Ordinario remittendus est, quia nouum est iudicium, & noua instantia, atque diuersa ex supra dictis omnino Ordinatio per Senatum remittenda.

Et quia prima commissio contra reum à primo actore impetrata ¶ non egreditor eius personam, nec ad aliam diuersam extenditur, cap. P. & G. de officio Delegari, cap. dilecta, de rescriptis, cum concordantibus, & ita practicitur, & communiter tenetur, & vterius ex dicendis clarius apparbit.

Quod secus est, quando tertius venit ad causam in eodem statu, ¶ & terminis, quia cum tunc in huius causa detur connexitas cum lite pendente, de ea idem Delegatus vigore commissionis subscriptæ potest simul cognoscere, nec datur in Senatu remissio ad Ordinatum, pro vt abundè dicitur inferius à num. 54. cum sequent. vers. Quare si iste tertius compareat, &c. & n. 61. quia non dicitur in commissione omnium quod est connexum, incidens, aut consequens, iuxta Doctores plures citatos infra n. 70.

Nunc tractandum de secundo modo, quo comparet in iudicium ¶ tertius oppositor defensus reum vel actorem, inter quos lis, vt ei assistet pro suo interesse, in quo quidem tertio omnia in contrarium repetenda sunt eius oppositoris, qui pro principali suo iure independenter comparet; namque ille defensus reum vel actorem omnino tenetur causam eodem statu profequi, quo erat tempore, quo comparuit, de quo est text. expressus, in cap. vltimo, vt lite pendente, lib. 6. ibi: Sanè si ad defensionem ipsius

litio alicui, quorum intererit, petierint admitti, eos in illo statu, in quo ipsam inuenierint, decernimus, admittendos, &c. Clement. constitution. de electione. Felinus in cap. cum super, num. 15. de re iudicata. Baldus, Ancharranus, Perus & Vantius, quos refert Conarr. pract. cap. 13. num. 1. & cap. 14. num. 1. 2. & 3. Franchis decif. 261. & decif. 492. Hondedeus consil. 25. num. 10. & 12. volum. 1. Anguifola consil. 62. Anna consil. 97. num. 1. & consil. 89. num. 1. Menochius de arbitrariis, casu 18. & consil. 212. num. 14. & consil. 488. num. 5. Costa, de re integra, distinction. 95. num. 4. 13. & 14. de scientia, & ignorantia, Centur. 1. distinction. 57. num. 13. Iacobus Cancercius variarum lib. 2. cap. 16. de tertio oppositore, num. 5. Pareus decif. 175. lib. 3. Gaill. lib. 2. obseruat. 71. num. 1. Afflictis decif. 15. & decifion. 235. & vtrouique Vrsillus Trentacinius lib. 2. variar. titul. de iudicio, resolution. 16. num. 8. Surdus decifion. 60. num. 6. & decifion. 147. num. 6. Cauall. Milleloqui 983. Natta consil. 99. num. 3. Crauetta consil. 14. num. 4. Cephalus consil. 202. num. 10. Ruginellus de appellat. §. 2. cap. 1. num. 47. Franciscus Marcus decifion. 33. num. 4. & 164. num. 8. & decifion. 161. part. 2. Calliodorus decifion. 1. titul. de exceptionib. Cauallcanus decifion. 5. num. 32. & decifion. 6. num. 6. part. 4. Scaccia de appellacionib. quest. 17. limitat. 6. membro 4. num. 50. Fachineus controversiar. lib. 1. cap. 5. Petrus de Gregorius de appellat. lib. 5. cap. 1. num. 21. Magonius decif. Lucens. 96. num. 22. Cornaz decifion. 215. num. 8. Zeuallos communib. contra commun. quest. 36. num. 2. Gratianus decif. 149. num. 6. Capiblanco de Barone practiac. 8. num. 249. Cancercius variar. resolut. lib. 3. cap. 16. de iuris conestat. num. 131. & 593. Antonius Amato variar. resolut. lib. 2. resolut. 86. a num. 63. Chaldas Pereira de emptione & venditione. cap. 31. num. 8. Gamma decifion. 332. num. 1. adeo vt eisdem terminis & defensionibus iste tertius coadiuando, comparens obligetur, quibus & principalis, cui si preclusa est via vterius probandi, preclusa etiam intelligitur huic tertio pro suo interesse dependenter comparenti, & assilenti, probat post plurimos Marius Giurba decifion. 1. a num. 24. & sequentib. num. 37. qui num. 28. si post conclusionem in causa compareat, & denegare in integrum restitutio ad pinguius probandum.

47 Eadem namque est instantia principalis, & huius tertij comparentis. Butrius consil. 44. Tuschus tom. 4. littera I. conclus. 211. & littera T. conclus. 83. num. 20. Giurba ibi num. 27. in fin. quare & quomodocumque iste tertius compareat, eius causa ad Ordinarium remittenda non est; sicut nec principalis, cuius defensionis assistit, à qua regulatur omnino eius instantia, cum nec diuersa, nec separata sit, sed adeo vtriusque & conexa est, & idemque sit vtriusque iudicium, vt connexè cognoscendum, & eadem sententia terminandum sit, nec continentia causa diuidatur. Gaill. lib. 1. obseruat. 70. num. 2. Menochius consil. 488. num. 5. & consil. 421. num. 66. Cauallcanus decifion. 5. num. 7. 26. & 57. part. 4. Franciscus Marcus dict. decif. 76. num. 4. part. 1. Fabius Anna consil. 97. num. 5. & consil. 98. num. 3. & 4. & quod istorum causa sint connexa, & inuicem dependentes, & coram eodem iudice

tractandae; probant post alios Petrus Barbosa in l. venditor, a num. 49. ff. de iudicio. Giurba decif. 1. num. 30. vbi post alios, quod isti praedictae res iudicatae & inter alios lata ratione huiusmodi connexitatis & iuris dependentis, vbi alios plures congerit effectus.

Tum quia tertius defensorius veniens ad iudicium diuersa persona & à principali non est, sed vna eademque cum principali reputatur. Surdus decifion. 174. num. 27. & decifion. 335. num. 22. & veluti administratum quoddam, vt ex pluribus probat vtrumque Giurba decifion. 1. sub num. 3. qui à num. 35. late prosequitur quod iste tertius, & etiam citatus, si sua putauerit interessè exceptiones dilatorias nequit opponere ex sui persona, nec declinatorias, & etiam si Clericus sit, & num. 36. quod nec ex huius admissione tertij & defensoris deterior in alio quo fieri potest actoris conditio, & num. 49. quia causam prosequi tenetur in eodem statu absque alia mutatione, aut praedictio Ordinis iudicialis inter actorem & reum hæcenus seruati, Conarr. pract. cap. 14. sub num. 3. vers. Vi summatur.

Quare si iste tertius compareat coram Delegato & ex commissione in prima instantia manu Sanctissimi subscripta contra vnum impetrata, vel etiam coram iudice appellacionis à sententia inter principales colligentes lata, eius causa nullatenus per Senatum remittenda est ad Ordinarium, cum inter eum, & litigantem, cui assistit defensorius, nulla sit diuersitas, sed potius connexitas, & eademem ligatus instantia, ac propterea de eius iure potest sine iudice appellacionis, siue quis alias Delegatus, cum subscriptione cognoscere, nec per Senatum remittenda erit ad Ordinarium, vt superius à principio huius capituli latius deduximus, & cap. 8. & cap. 9. hac 2. part. quod apertius & magis in specie ex sequentibus apparbit.

Et in his terminis, quando iudex Delegatus valde datur & ad cognoscendum de causa mouenda contra emptorem rei, quod possit etiam cognoscere de defensione venditoris assilentis causæ, & comparentis pro suo interesse coadiuando propter connexitatem & dependentiam, simulaneumque ius vtriusque; affirmatiue resolunt, ex cap. 1. de mutuis petitionib. Afflictis decif. 227. num. 2. Rebuffus tom. 3. tit. de dilacione articul. §. glossa vnica, num. 12. Cauallinus in tractat. de executione. §. 3. num. 118. Petrus Barbosa in l. venditor. num. 191. ff. de iudicio. Alphonfus Guzman in tractat. de euictionibus, quest. 6. num. 57.

Et de hoc tertio oppositore comparentis pro interesse suo coadiuando & ius alterius litigatoris; intelligenda est Rotæ decif. 2. de rescriptis in antiquis. Marchefanus de commissionib. 1. part. pagina 207. num. 171. in vltima impressione. Augustinus Barbosa in tractat. de clausul. 94. n. 7. dum generaliter dicunt, quod coram iudice Delegato in partibus admittuntur omnes, qui velint venire ad causam, dando de proprio eorum interesse, ex supradictis.

Quæ tamen de hoc tertio venditore defensoris dicta sunt, & limitatis, vt non procedat, quando ante iudicium inchoatum emptore compareat venditor, & petat in se transferri iudicium, animo nouandi actionem, hoc est, vt emptor ab ea omnino remaneat liberatus, hæc tunc

confer

consentiente actore, audiendus erit, eo tamen reluctantante, nullo modo.

Sed si compareat eo tempore iste defensor 58 & ante inchoatum litem cum emptore, non animo nouandi actionem, & omnino liberandi ab ea, nec à iudicio emptorem, sed dumtaxat petat mutari iudicium cum eo agitandum, vt liceat cum eo inchoetur, & non eam emptore; audiendus erit, dummodo se obliget, quod in re petita fiet executio, prout loquitur text. in l. sed est leg. §. item ff. de petition. heredit. & l. plano. ff. familia erciscund. & licet hoc casu actor reluctetur, tamen etiam inuito cogetur cum defensore litem inchoare, de qua distinctione & interpretatione dist. §. item, latissime, & eruditè tractat Alphonfus de Guzman, in tractat. de euictionib. quest. 6. a num. 8. cum multis sequentibus.

Qui à num. 16. limitat hoc vltimum verbum, 59 & quando actori interesset, aliquibusque præterdat sibi ex iudicij mutatione præiudicium inferri, puta, quia emptor sit facilius ad conueniendum, vel quod eo præterito velit defensor trahere causam ad forum, quia tunc non mutabitur iudicium; vide omnino ipsam Guzman, quia latius & bene explicat.

Ad quam doctrinam videndus erit Petrus Barbosa in l. venditor, a num. 106. cum sequent. ff. de iudicio, qui clari explicat hos casus, & quod venditor veniens possessorem conuentum iam in iudicio defensoris, poterit in se iudicium ceptum suscipere actore etiam inuito, quando tamen non omnino nouandi, & liberandi possessorem principaliter conuentum ab instantia & iudicio cepto in perniciem actoris id faciat, quod tunc velut procurator in rem suam fit admittendus, quam plurimis Doctoribus relatis firmat Antonius Amato variar. resolut. 2. part. cap. 86. num. 64. qui num. 65. multis citatis dicit, tunc actorem teneri, litem prosequi cum venditore, non cum emptore conuenuto, quos consule pro latiori explicatione.

Quare in casibus, in quibus tertius defensor 60 admittitur ad mutationem iudicij, & necessariò conueniendus erit coram suo iudice Ordinario, licet emptor fuerit alterius fori, aut alias contra ipsum impetrata fuisset commissio, directa alicui iudici Delegato propria manu Sanctissimi subscripta, quia cum mutetur iudicium, omnino etiam mutari debet per consequens & iudex: vide Guzman dist. quest. 6. a num. 8. & sursum, quia sufficit mihi ad illam & ceteros iam laudatos te remittere.

Et insuper, quod commissio impetrata contra 61 ita eundem & suffragatur etiam tertio venienti ad causam in eisdem statu, & terminis, pluries determinauit Rota vt per Puteum decif. 385. lib. 1. Achilles decifion. 2. vt lire pendente, & per Alexandrum Ludouic. decifion. 259. num. 4. & 5. vbi ita fuisse dictum per Rotam in alio Boniens. de Ponticou. 22. Martij 1574. coram Robufterio, eodem modo ac si veniens defensorius in eadem commissione subscripta fuisset nominatus, ita vt Delegatus non egeat alia noua commissione, tenet per Rotam Marchefanus de commissionibus quando tertius ad causam admittat. 2. part. cap. 6. §. vnico, num. 7.

Sed quid dicendum de priori genere opposi- 62 torum, quando scilicet, & non defensorius comparet, sed exclusurus potius litigantium iura, an ille, si velit, possit quomodocumque compa-

reat pro iure suo principali, & independente, assumere causam inter actorem & reum pendente in eodem statu, quo erat tempore iuræ positionis, ac si fuisset tertius defensorius; sit ne admittendus, & audiendus? In quo si aliquorum Doctorum loquendi stylum attendamus, videntur sanè affirmare, posse causam assumere eo quo comparet statu, illamque prosequi, vt apparet ex Conarr. pract. ar. cap. 14. num. 3. ad fin. dum loquendo de hoc tertio comparentelice iam pendente inter actorem & reum, ita ait: Et tunc non teneat hic tertius licem admittere eo in statu, quo versatur, &c. Per quem, & per alios plures Doctores eodem loquendi modo vtrac Giurba decif. 1. num. 32. ibi: Vt nec teneatur hic tertius causam in eo statu assumere quo inter ipsos duos erat, cui medius ipse accedat, &c. Ex quibus quidem videtur inferendum, quod in sua facultate consistit, causam eo assumere statu præsentis.

Quod quidem verissimum est, pro cuius tamen declaratione & breuiter aduertendum, quod 63 iste tertius comparens excludendo, & pro suo iure principali, & independente potest duplici via in iudicium comparere, vel proponendo nouiter ius suum, & causam committere, facere, tanquam in prima instantia, & tunc denuo cum eo lis initiatur, iuxta ea quæ à principio huius capituli diximus, cum acta iam inter actorem & reum geita illi non nocent, nec possunt. Rota decif. 98. num. 1. part. 1. in recepi. Oliuerius Beltraminus in annotation. ad decifionem 259. num. 3. Alexand. Ludouic. Seraphin. decif. 124.1. Marefcotus variar. resolut. lib. 1. cap. 2. n. 15.

Vel iste tertius comparet prosequendo litem 64 inter alios ceptam, & ab eius statu causam assumit, & continuat faciendo diligencias, quæ statum litis sequuntur, vel appellando, aut dicendo de nullitate actorum, vel sententiar, & tunc hoc casu facit acta & sententias suas, illique nocent, vel profunt, vt late fuisse dictum in causa Cordubensium statutorum 24. Iunij 1590. coram Cardinal. Seraphino, restatur Marefcotus variarum resolut. lib. 1. cap. 21. num. 15. & 16. & vide à n. 13. optima Rotæ decifio Alexandri Ludouicij decif. 259. per totam, vbi Oliuerius Beltraminus late prosequitur hunc articulum.

Et quod iste tertius, qui venit ex proprio iure 65 independenter & à iure litigantium, habeat electionem, an velit comparere prout in prima, hoc est, vt cum eo initiatur nouum iudicium & lis: vel inter actorem & reum iam motæ statum præsentem assumere, & ab hinc prosequi, ita vt acta gesta sibi profint & nocent, vtrac citatos in his terminis probat Rota in vna Hispalens. decimarum, 26. Martij 1607. coram Alexand. Ludouic. quæ est decifion. 303. Oliuerius Beltraminus in dist. decifion. 259. num. 4. vbi late, & bene facit Hondedeus consil. 255. n. 22. & 23. lib. 2. Iosephus Ludouic. decif. Persona, 26. n. 25.

Et est decifio Cocceii 144. num. fin. in hæc: 66 Nec facit quod tertius & veniens ad causam debet venire in statu cause: quia est in facultate tertij venire adharendo, & tunc illud procedet, vel inchoando nouum iudicium, vt in casu isto, & tunc potest venire prout sibi placeat, Calliodorus decifion. 1. num. 9. versoul. Item in pubertate de executionibus. Afflictis decif. 235. num. 6. Abb. in cap. cum super, n. 627. de re iudicata, &c. Quæ decifio ex hinc dictis declaratur, plures aliam addunt

C c 3

similes

similes decisiones apud Marchefanum de commissionibus. 2. part. cap. 6. de commissionibus. quando tertius ad causam admittat. §. unico, à num. 37. cum sequentibus, ubi late de hac duplici via comparandi, & de virtutibus effectibus, & ad finem eiusdem. §. plures reconfert decisiones Rotæ ad litteram, de quo etiam videndus inferius à n. 71. cum sequentibus. *vers. Nostri hæcenus verissima, vique ad finem huius cap.*

Et de hac duplici via veniendi ad iudicium 67 inter alios motum, & ultra citatos videbimus Seraphin. *decis. 906. sub num. 1. & Rota in motis Regalis iurisdic. July. 1602. coram Cardinal. Melino impressam penes Marchefan. de commiss. tom. 1. fol. 265.*

Et quod tertius appellans à sententia, vel dicens de nullitate & sententiæ facit suam illam sententiam, & omnia acta per prius gesta, ultra Marchefanum ubi supra, probat Achilles *decis. 12. de appellat. Puteus decis. 71. lib. 3. Rota decis. 98. num. 5. part. 1. in recent. & fuisse dictum in dicit. Montis Regalis, impressa penes Marchefan. & in eadem decisione coram bonæ memor. Pennia impressa penes eundem Marchefan. tom. 2. fol. 267. Olierius Beltramin. in annotat. ad decis. 259. num. 8. & vide eandem decisionem.*

Quare de hoc tertio pro suo iure principali 69 exclusivè comparando, & quando eligat viam prosequendi acta iam gesta, illaque in eodem statu assumendijdem omnino iudicandum erit, ac de eo, qui venit defendendo, & omnia de hoc dicta hæcenus in illo repetenda erunt; etenim cum efficaciter vna eademque instantia connexè, iudex appellacionis, coram quo comparat (quia hac via electa quocumque comparere potest, sicut alter defensus indistinctè) non tenetur illius causam remittere ad Ordinarium, nec Delegatum inter actorem & reum datus ex commissione propria manu Sanctissimi eandem remittere tenetur, nec per hunc Supremum Senatuum mandabitur, ex hæcenus late deductis, & comprobatis maximè à num. 54. & seqq.

Et uterque casus comprobatur, quia non dicitur in commissione omisum, quod est connexum, incidens, aut consequens. Bald. in c. 1. num. 1. de Capitaneo qui curam vendidit. Curtius Junior. *consil. 239. num. 40. volum. 3. Felinus per plura exempla in cap. transato de constitutionibus. Hippolytus in rubrica de fidei iuribus, à num. 215. vsque ad num. 219. Fulvius Patianus, de probationibus. cap. 26. num. 43. lib. 1. optimè Ioannes Baptista Leonelus de subreptione rescripti. quest. 18. art. 7. & 8. Narbona in l. 20. glossa 22. lib. 4. tit. 1. à num. 34. vsque ad 42. tom. 3. Recop. & quia multa licent per sequelem, & accessionem.*

Nostri hæcenus verissima resolutio, nempe 71 tertium venientem ad causam & pro suo proprio iure non alium defensorum posse dupliciter comparere, vel ut in prima, ut noviter lis cum eo agitur, vel in eodem statu, quo ultimo faciat omnia acta inter alios, & sententias suas: vno & singulari modo limitatur, nempe quando iste tertius comparavit re iam iudicata, & vel translata sententia in rem iudicatam; nam tunc iste tertius sic comparans pro suo iure independenti, & principali, proprio & personali in eodem statu & terminis, & appellans simul intra tempus à sententia, aut dicendo de nullitate

actorem, licet illa sententia faciat numerum quoad se, puta quia vel prima sit, vel secunda duas, vel vnam aliam instantiam nihilominus habere censetur, provt March. 2. part. cap. 6. quando tert. ad causam admittat. §. unico, n. 36. & seqq.

Ac sæpe determinavit Rota in decis. statim referendis, & quibus ratio redditur, quia sic & hoc tempore comparans appellans, & dicens de nullitate, non videtur accipere statum causæ, & sententiæ cum illa qualitate transitus in rem iudicatam. cuius intentio colligitur ex appellacione interposita: ad quid enim appellat nisi eo animo, ut iterum audiatur super iure iudicatum? Quia hoc repugnat intentioni eius, qui petit se admitti ad effectum impugnandi dictam sententiam, & tendendi aut consequendi ius à se preteritum. & Contraria enim sunt, facere rem iudicatam suam, & sententiam impugnam; imò & admissio ad causam presupponit eam adhuc durare, non autem extintam penitus esse. Itaque cum via approbatio & consensus sit limitatus, non nisi limitatè, & restrictè est accipiendus: & qui consensus seu voluntas quæ inducitur, & colligitur ex facto alicuius, non extenditur ultra quod ex ipso facto de necessitate inferatur, latissime comprobatur *decis. 33. à n. 9. cum seqq. ubi de variis doctrinis, abundè etiam Carlebal. in tract. de iudicis disp. 2. à num. 381. fol. 171. & num. 992. fol. 420. & est text. in l. fin. C. de vxor. pro marito.*

Ve secus sit, quando iste tertius simpliciter admitti petit in eodem statu, & nullam desuper appellacionem prorumpens, quo casu approbata censetur sententiam cum qualitate transitus in rem iudicatam; hæc distinctio nempe pluries sequuta fuit Rota validè comprobans fundamentis, ut apud Seraphinum *decis. 397. per totam. Achilles decis. 13. de appellat. & in vna Cordubens. sacrorum, 24. January 1590. coram Seraphino, qua amplissimè supradictæ rationes recensentur, quam & plures alias ad idem recenset Marchefanus de commissionibus. 2. part. c. 6. de commissionibus. quando tertius ad causam admittatur. §. unico post eundem. §. fol. 253. quæ decisio apud eundem est in ordine 2. quam etiam distinctionem per totum. §. amplexus fuit, & simul inferuit praxim Curie Romanæ super modo expediendi hæc commissiones, quando nempe tertius pro suo iure principali comparat, siue in eodem statu, siue ut in prima, ut denuò cum eo causa agenda sit à prima instantia.*

Quantum autem ipse Marchefanus, ibidem advertit, & solere Romanam Curiam huius causam tertij remittere ad eundem iudicem Delegatum, qui de causa coram se mota & pendente inter alios cognoscit, cautè legendus erit. Etenim in Hispania (ubi Concil. Trident. ad vnguem observatur, & observari facit Rex noster) non ita indistinctè admittitur & ista commissio; sed iuxta potius distinctionem hæcenus à Nobis comprobata in discussu huius capituli. Etenim si iste tertius comparat pro suo proprio iure independente à iure litigantium à quo (ut diximus) nova instantia (quæ cura eo prima est) lis mouetur, ac propterea, vel commissio subscribenda est propria manu Sanctissimi, ne repugnet formæ, & dispositioni, cap. causa omnes, vel per Senatuum ad Ordinarium causa ista remittenda.

At si istemet tertius comparans eligendo aliam

79 aliam viam in eodem nempe statu, & tunc cum adit causam connexitas: sua nova commissio alia subscriptione non eget, provt abundè comprobatur fuit hæcenus.

Et tandem animadvertendum erit obiter aliud, scilicet, quod colligitur ex Rotæ *decis. in vna montis Regalis iurisdic. 1. July 1605. coram Pennia in fin. adducta per Marchefanum de commissionibus. 2. part. cap. 6. de commissionibus. quando tertius ad causam admittat. post §. unico. quam sequitur fuit doctrinam Marchefanus ipse ibidem, in dicit. §. unico. num. 29. quod ille tertius pro iure suo principali potest comparere, & admitti coram eodem iudice Delegato, cuius causa principalis inter alios mota fuit commissio, nempe virtute clausulæ (quam & quas) in commissione inserta: ut tunc, in Hispania hoc locum habet, & quando dicta clausula fuit apposta in commissione subscripta propria manu Sanctissimi, quia aliter dictam clausulam (quam & quas) quoad negotia separata & distincta, requiriturque primam instantiam, amittere hodie suos iuris communis antiquos effectus, aperte monstrauimus, & validissimè comprobauimus infra hæc 2. part. cap. 32. per totum, quo te remittimus, pro latiori cognitione.*

CAPVT XIV.

In iudiciis mixtis, iuribusque connexis commissionem manu Sanctissimi non subscriptam contra reos existentes sub diversis Ordinariorum districtibus impetratam, an Senatus retineat, & causam singulis Ordinariis remittat: Et quid si à Nuntio Apostolico, etiam contra exemptos hæc manuerit commissio?

S V M M A R I V M.

Causa communis, mixta, seu connexa qua commode non separatur, ut in exemplis coram eodem iudice tractatur, ne continentia eius diuidatur, num. 1.

Defensionis cum inter omnes est unica causa, ne sequatur absurdum, ut diversa sententia, aut contraria ferantur, ab vno iudice cognoscitur, num. 2.

Connexitas in iure inducit inseparabilitatem, num. 3.

Continentia causæ ex quibus rationibus non diuiditur, sed coram vno iudice tractari debet, num. 4.

Clerici, & laici simul conuentorum ut heredum vniuersi causa coram vno iudice, nempe Ecclesiastico erit tractanda, num. 5.

Etiamsi vniuersi ex pluribus conuentis sit Clericus dumtaxat, num. 6.

In causa indiuidua, & communi, socius non privilegiatus gaudet privilegio fori sui confoci, num. 7.

Secus si causa sit indiuidua inter socios, habentes ius communitatis, num. 8.

In causa indiuidua si vnus ex sociis est Clericus, tota deuoluitur ad iudicem Ecclesiasticum, n. 9.

Contra plures si agatur duplicibus iudiciis familie eriscunda, tutela aut cura, &c. Et vnus sit Clericus coram iudice Ecclesiastico, conueniuntur ratione connexitatis iudicij, num. 10.

Pronocati ad duplicia iudicia sunt rei, & pronocant actor, ibidem.

Diuisio hereditatis faciendæ inter cohæredes pronocatos, si vnus sit Clericus, ad vnum iudicem, nempe Ecclesiasticum pertinet, num. 11.

Redditio rationis tutela, cura, vel alterius administrationis est indiuidua, quæ nullam separationem recipit, num. 12.

Actio tutela, & negotiorum gestorum dicitur causa continens, inseparabilis, & indiuisibilis, num. 13.

In iudiciis mixtis commissio impetrata contra plures conueniendos, sub diversis Ordinariorum districtibus degentes, non indiget subscriptione manus Sanctissimi, nec in Senatu retinetur, sed parit traditur, ut illa vtiatur coram suo Delegato, num. 14.

Ratione causæ indiuisibilis omnes rei diuersorum fororum sunt conueniendi coram vno iudice omnium superiore, num. 15.

Administratores plures eiusdem tutela loco vniuersi sunt, & simul reddere tenentur rationem, n. 16.

Concil. Trident. non fuit legitimos modos, ex quibus de iure communi licitè recedatur ab Ordinario in prima instantia, num. 17.

Protectio Concilij præstatur à Rege ob bonum publicum, ne litigantes extra Provincias suas cogantur ire, num. 18.

Reipublice maius inferitur damnum causam inseparabilem coram diuersis iudicibus tractando, num. 19.

In iudiciis mixtis vnus omnium est finis, & omnes vnus loco habentur, & eisdem perseruat officium eorum, num. 20.

Actio tutela, & administrationis, sicut est indiuidua respectu administratorum, ita & hereditatis ipsorum, num. 21.

Omnium causa coram vno iudice, & Ecclesiastico tractatur, num. 22.

Redditio rationis promissa à defuncto, cum sit in origine indiuidua, ita inter mille heredem eius conseruatur, qui omnes in solidum tenentur, num. 23.

Obligatio rationis reddenda continet factum, quod in ea deductum est indiuiduum, num. 24.

Rei quandoque coniunguntur ratione indiuisibilis instantia, ut in Clerico, & laico obligatus in solidum, num. 25.

Commissio in iudiciis mixtis contra plures consortes impetrata, etiam non subscripta singulis eorum, non remittitur Ordinariis, n. 26.

Quod procedit, est omnes conueniendi sint Clerici, aut Religiosi, siue omnes laici, & aliqui Clerici diuersi fori, quia coram superiori Ecclesiastico omnes simul licitè conueniuntur, n. 27.

Clerici, & laici simul delinquentium causa inter suos iudices diuiditur ex obseruantia communi, secus ea cessante, num. 28.

Commissio in iudiciis mixtis obtenta à Nuntio contra conueniendos, sub diversis Ordinariorum districtibus degentes, per Senatuum traditur parit, ut coram Delegato ea vtiatur, num. 29.

Nuntius in iudiciis mixtis contra reos exemptos validè expendit commissionem in prima instantia, num. 30. & sequentibus.

Nuntius Hispania datur à Sede Apostolica cum potestate